
æquales FI, PO, QS, item FQ, HR, IS, item FR, HS. Quoniam FR bifariam secat QS, bifariam quoque secabit in triangulo FQS omnes rectas ipsi QS æquidistantes; & proinde bifariam secabit omnes diametros rectangulorum in trunco ABDZY2 a plano FISQ normaliter secatorum; & ideo transibit per centra grauitatis omnium eorundem rectangulorum, cumque ipse truncus confletur ex omnibus istis rectangulis; idcirco transibit etiam recta FR per cen-



trum grauitatis ipsius trunci, hoc supponatur esse 3: eodem modo demonstratur in HS esse centrum grauitatis trunci YZ MLK2: cum ergo X medium punctum rectæ OP sit centrum grauitatis totius cylindrici; si a 3 per X producatur recta 3X 4 donec rectam HS intersecet in 4, erit 4 centrum grauita-

tis